A° fin. Anni 1658.

338.
346

ACAD.
LUGD. BAT.
BIBL.

S. P.

Legi et relegi scriptos lepidos et pios tuos versus quibus mei stomachi ad alia nauseantis appetitum irritasti, quem non sedabis nisi reliqua quae mota tua mens continet, mecum communicaveris. Gratulor tibi Domino Affini, tuisq. quod bona valetudo tecum in gratiam rediit; mea adhuc a me dissentit, et quam incurabile meum vulnus sit, nescire te opinor ex uxore aut etiam aliis. quoniam status meae vitae is est ut ignorari vix possit. Meum est impositum discrimen fortiter subire certus de Imperatoris mei voluntate qui neminem supra vires affligi sinit sed tentationi salutarem dat exitum ut eam perferre queamus. Ipse me benigne respiciat, ut impletis stipendiis hac militia mittar, vel potius ut ex inferiore in altiorem, ex tristi ac dura in laetiorem ac feliciorem transscribar & transferar, & velut quodam postliminii jure ex hostico expeditus et liberatq ad πολίτευμα Xrum revertar celeri cursû. Ad hoc te pararium atq precatorem adhibere optat

Tuus in utrum votorum

D. de Wilhem

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wilhem) 338
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5562

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wilhem) 338
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5562

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wilhem) 338
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5562